



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quaecumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

De Eutherio Nestorianæ Partis Episcopo, Ejusque Sermonibus Adversus S.
Cyrilli Et Catholicorum Aliquot Sententias.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215



DE EUTHERIO
NESTORIANÆ PARTIS EPISCOPO,
EJUSQUE SERMONIBUS

ADVERSUS

S. CYRILLI ET CATHOLICORUM ALIQUOT SENTENTIAS.

PATEFACTIS hactenus Nestorii Theodorique, ac Theodoretii blasphemis, quod eadem fuerit Eutherii ac illorum impietas, sed callidius, atque adeo perniciosus, insinuat fidelium animis, approbemus ex sermonibus, quos conscripsit, in aliquot catholicorum sententias, & eam maxime beati Cyrilli Alexandrini pontificis, quam de Christo protulit dicens: **P**ASSUS EST IMPASSIBILITER. Quæ sententia catholicæ veritatis auctoritate munita hoc asserere nititur, ut vnus idemque Dei Filius secundum deitatem impassibilis, secundum carnem passibilis esse credatur; sicut & sanctus Ambrosius Mediolanensis episcopus in libro de incarnatione Christi his edisserit verbis: *Moriebatur, & non moriebatur; sepeliebatur, & non sepeliebatur; resurgebat, & non resurgebat; quia corpus proprium suscitabat: quia quod cecidit, hoc resurgit; quod non cecidit, non resurgit.*

Lib. de Incarnat. c. 5.

Sed Nestorii sectatores vnum in duos filios dividentes, alterius voluntates, & alterius passiones separant; nec credunt natum Deum de Virgine secundum carnem; nec dicunt secundum carnem crucis injuriam pertulisse: sed hominis has contumelias asserentes, arcanum salutiferæ dispensationis a Verbo Dei fecerunt; ac sic ingrati tantis ejus beneficiis approbantur.

DE EUTHERIO.] De ipsius cum persona, tum libris dissertationem addemus in appendice ad auctarium Theodoretii; hæc in antecessum. Fuit ille Tyanorum metropolita, Constantinopolitanæ diocesis, Nestorio imprimis addictus: subscripsit septimo quidem loco relationi Nestorii de prima actione concilii Ephesini; vigesimo autem sexto, depositioni Cyrilli & Memnonis. Fit etiam ipsius mentio, in sacra Imperatoris ad Ephesinum concilium, in conciliabulo Joannis Antiocheni per Joannem sacrum comitem lecta, & omnibus in locis in quibus catholici schismaticorum nomina recensent. Inter conditiones pacis Ecclesiarum disceptan-

das, pugnatum est ab Orientalibus pro ipsius, Helladique Tarsensis, & Himerii Nicomediensis, ac Dorothei Martianopolitani restitutione; sed repugnarunt acriter Alexandrini, atque ita homines illi quatuor pacis beneficio gavisi non sunt. Vide epistolam a Cyrillo ad Donatum, post sedatas Ecclesiarum turbas, scriptam.

EJUSQUE SERMONIBUS, &c.] In hunc vsque diem sermones, qui in secundo tomo operum Athanasii inscribuntur in varias hæreses, Sculteto interprete, auctore incerto vulgati sunt; alii Athanasio, alii Maximo martyri, alii ignoto alicui tribuendos putarunt. Verum parentem demonstrat eo certius Mercator, quo insignis fragmentum sermonis adducit. Sed de sermonibus Eutherii longe plura in dissertatione mox appellata.

PATEFACTIS HACTENUS, &c.] Restituimus, quantum conjectura ex antecedentibus & consequentibus facta finit, ea quæ in manus scriptis codicibus desiderantur, ipsaque idcirco alio caractere distinctimus, ne fortasse quispiam suppositionis vitium nobis objiceret.

PASSUS EST IMPASSIBILITER, &c.] Hanc Cyrillus sententiam protulit tum in epistola tertia ad Nestorium, aliisque passim in locis, tum in Scholiis, eamque in defensione duodecimi anathematismi adversus Orientales innuit, auctoritate magni Basilii dicentis, Deum impassibiliter per carnem morti esse conjunctum, & *Θεός δὲ αὐτὸς ἐνσαρκωθεὶς τὸ θανάτου ἀπέθανε.*

Apud Theodoretum in impassibili, Eranistes hanc loquendi formulam quasi communem apud catholicos admittit: *Impassibiliter ipsum passum esse dicimus.* Quod dictum Theodoretus velut ridiculum traducit: *Quis compos mentis ridiculus istas verborum ambages ferat? Impassibilem enim passionem nemo unquam audivit; nec mortem immortalem. Quod enim est impassibile, passum non est, & quod passum est, impassibile non manet.* Riserat prius & istam Cyrilli sententiam, *Verbum carne passum est*, ut inde non obscure pateat, Eranista nomine non Eurychem, quæ multorum credulitas, sed Cyrillum reipia significari.

SANCTUS AMBROSIVS, &c.] Observa porro curiose Theodoretum ex libro Ambrosii de Incarnatione, & quidem ex capite quinto, testimonium decerpisse, quo vteretur ad rem suam; nec ea tamen verba attulisse, quæ Mercator, quamvis faciant plurimum ad discernendas in Christo naturas, non alia procul de cau-

sa, quam quia isto capite admirabilis continetur locus ad rem, qua de agitur, ipsumque Theodoretum, aut certe Nestorium convincendum. Adversus omnes (hæreses) generalis ista est fides, quia Christus est Dei Filius, & sempiternus ex Patre, & natus ex Virgine. Quem quasi gigantem sanctus David propheta describit, eo quod biformis geminaque nature unus sit confors divinitatis & corporis, qui tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultavit tanquam gigas ad currendam viam; sponsus anime secundum Verbum, gigas terre, quia vsus nostri officia percurrens, cum Deus semper esset æternus, incarnationis sacramenta suscepit; non divisus, sed

unus, quia virtutemque unus, & unus in vitroque, hoc est, vel divinitate, vel corpore. Non enim alter ex Patre, alter ex Virgine: sed idem aliter ex Patre, aliter ex Virgine. Generatio generationi non prejudicat, nec caro divinitati, quia nec pinguis Patri, nec voluntus passioni, nec passio volutati.

VERBA MARIÆ MERCATORIS.

SED jam supradicti Eutherii versuta pravitatis, & nihil apud fideles ulterius valitura prodatur.

EX EUTHERII NESTORIANI SERMONE ADVERSUS S. CYRILLUM, INTERPRETE MARIO MERCATORE.

Considerata inconsiderata sapientia luxuria, & disciplina ædificans simul & destruens, sicut infantes in arena ludere conspiciamus: PASSUS EST IMPASSIBILITER. Priusquam audiam quod passus est, intelligentiam fugit, quod passus est: illatum namque impassibiliter, non sinit manere, quod passus est. Si passus est, quomodo impassibiliter? Si impassibiliter, quomodo passus est? Fabulemur inaffabiliter, & sentiamus insensibiliter. Quis vnquam vidit ruentem sine ruina, resurgentem sine resurrectione, dolentem sine dolore, sapientem sine sapientia, iuventem sine adiutorio, solventem insolubiliter? Et admittam: Passus est impassibiliter.

Paulus, inquit, in tertium caelum confcendens, & ineffabiles in caelo sermones audiens, nihil tale protulit; forsitan istis expositionem sublimissimam relinquens. Hic enim non dixit: PASSUS EST IMPASSIBILITER; sed: Didici ex his, que passus est, subjectionem; & Tentatus per omnia juxta similitudinem absque peccato; atque ita procul abstulit talium deliramenta verborum. Qui enim per omnia tentatus est juxta similitudinem, si passus est, passibiliter passus est, ut per omnia similitudo fervetur, aut certe alii monstrantur impassibiliter passu, ut custodiatur eorum similitudo, quam gellit.

Itaque aut Salvatorem passum veraciter confitendum est, aut alios quosque credendum impassibiliter passos, ad quorum tentatus similitudinem Dominus prædicatur.

Quæ autem patientiæ erit ostensio, si passus est impassibiliter? Quomodo prædicabitur patientia Christi, si dolorem patienti non sensit? Quomodo etiam monstrabitur ineffabilis & incomparabilis erga

τῆς ἀδελφότητος Ἐφίας, ἡ τὸ παρρησιαστικῆς ἀδαιοσύνης, οἰκοδομίας ἀμα καὶ κατὰ φύσιν, οἷα ἔστιν ἰδεῖν τὰ τῆς παιδῶν ἐν λαμμοῖς ἀθροίσματα. Ἐπαθεν ἀπαθῶς, πρὸς ἀχθῆσιν τῆς ῥήματος ἐπιτηδεύοντος τῆς σωματικῆς τῆς ἐπαθῆ. ἐπαθῆσθαι γὰρ τὸ ἀπαθῆς, οἷα ἐὰν θάνατον ἢ τὸ ἀπαθῆ καὶ ἀνάσσειν δεχόμεθα, ἢ τὸ τῆς ἡμετέρας ἐξ ἑστῆς κεφαλῆσιν. Εἰ γὰρ ἐπαθῆ, πῶς ἀπαθῆς; Εἰ ἀπαθῆς, πῶς ἐπαθῆ; λαλοῦμεν ἀλαλήτως, καὶ ἰοῦσιν ἀκούσας; Τίς οἶδε τίσιοντα ἀπίστως ἐχρησίζοντο ἀρετῆς, ποιοῦντα δόξιας, ποιοῦντα ἀφῆσθαι, λαλοῦντα ἀσθενῶς, λυοῦντο ἀνύστα, ἢ ἀλεῖσθαι τὸ Ἐπαθεν ἀπαθῶς.

Παῦλος εἰς τρίτον οὐρανὸν ἀνέβη, καὶ τῆς ἀρρήτων ῥημάτων ἀκούσας ἐν τῷ θρόνῳ, ἡσυχῆσθαι ἐπὶ ἀπεφῆσθαι. μὴ ἄρα τοῦτο καὶ ἐπισημαίνον πρὸς τῆς ἀσθενῆσθαι ἀχθῆσθαι, οὕτως οἷα εἶπεν. Ἐπαθεν ἀπαθῶς· ἀλλ' Ἐμαθε, φησὶν, ἀφ' ὧν ἐπαθε, καὶ πεπνευμένως καὶ πόρτα, καὶ ὁμοιωτήσθαι τὸ Πνευματικῶς πρὸς τῆς ἀσθενῆσθαι ἀχθῆσθαι, ὅ γὰρ κατὰ πόρτα πρὸς τῆς ἀσθενῆσθαι καὶ ὁμοιωτήσθαι, ἢ πρὸς τῆς ἀπαθῆσθαι, ἢ ἀσθενῆσθαι τὸ καὶ ὁμοιωτήσθαι. ἢ καὶ τῆς ἀλλοῖς δίκηνσι παθῆσθαι ἀπαθῶς, ἢ ἀσθενῆσθαι αὐτοῖς ὁμοιωτήσθαι.

Ὡς ἢ καὶ τῆς ἑστῆσθαι πεπνευμένως ἀληθῶς ὁμοιωτήσθαι ἢ τῆς ἀλλοῖς ἀπαθῶς πεπνευμένως, ὡς καὶ ὁμοιωτήσθαι πεπνευμένως ὁ δεσπότης κερύσθαι.

Τίς δ' ἢ τῆς ἑστῆσθαι ἀσθενῆσθαι; Πῶς λέγεται ἢ τῆς ἑστῆσθαι ἀσθενῆσθαι; Πῶς δ' ἀσθενῆσθαι ἢ ἀσθενῆσθαι ἀσθενῆσθαι;

Hic. 5. v. 8. Ibid. 4. v. 15.

ἀνθρώποις φιλοστοργία, εἰ διχα πόνων ἢ πάθος ἐλήθετο; τίς οὐχ αἰρέεται παθεῖν, οὐ μόνον ἑαυτὸν φίλον, ἀλλ' ἠδὲ καὶ ἑαυτὸν ἀγαπῶντων, εἰ ἑαυτὸν παθεῖν ἀπαύτως; Τοῦ ὅ γε λέγειν ὁ διασπῆρας· Τὸ πρῶτον παθεῖν ἡμῶν, ἢ ὅ γε ἀδελφῶν, εἰ ἑαυτὸν ἡμῶν ὁ πάθος ἀποζητήτως παροίσει; ἢ ἵνα πᾶσι παθεῖν ἡμῶν ἔδωκεν. Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρῆρθε τὸ ποτήριον τούτου; ἦνος ἐνεκεν διχαῖς ἰκετησίαις καὶ κραυγαῖς ἰσχυραῖς καὶ δακρυαῖς, παρῆρθε τὸ δυνάμιον ἐξ ἡμῶν ἐκ θανάτου, παροίσειτε;

EP ILOGUS

Hæc interim cursim, ne modum libri supergredi videamur, expressimus, plurimorum virulenta contagia simplicitatem fidelium fallentium, congruo tempore, favente Deo, diffusius prodituri.

Sed nunc hanc ipsam Nestorianam perfidiam licet in hujus operis sine nonnullis exemplis arguere.

Dic, o hæresis ingrata, crudelis, & impia, cui Christi Domini nostri voluntaria pro nobis exinanitio improbatæ est, & visa humilitas divinæ dignationis indigna: quæ cum Judæis & gentilibus crucem Christi scandalum & stultitiam reputas, nec

homines dilectio Christi, si passio ejus sine dolore peracta est? Quis non diligit pati, non solum pro amicis, sed etiam pro inimicis, si pati impassibiliter liceat?

Cur autem & Dominus aiebat: *Spiritus* Matth. 26. v. promptus est, caro autem infirma; si passionem 42. incipiebat sine dolore perferre? Quare & ad Patrem clamabat: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste.* Propter quid etiam preces ad eum supplicationesque cum ibid. v. 39. clamore valido & lacrymis offerebat, qui Heb. 7. v. 7. eum de morte posset eripere?

Deum factum hominem tulisse passiones impassibiliter confiteris. Si Nilus Ægypti in sua natura persistens, fuit Ægyptiis sanguis; Hebræis autem aqua potabilis; si dies lumen Israelitis exhibuit, tenebras hostibus, quas merebantur, effudit; si fornax Babylonia tres pueros rorefecit, Babylonios incendio concremavit. Cur tibi indignum aut impossibile videatur, vnum eundemque filium, propter utramque naturam, pro nobis impassibiliter fuisse perpeffum? Si hæc vis creaturæ atque potentia est, cur id ipsum creator implere non potuit, qui omnia quæcumque Exod. 7. v. 20. voluit, fecit, in celo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis? Exod. 10. v. 21. & Sap. 18. v. 1. Dan. 3. v. 14. Psal. 134. v. 6.



[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side]



LIBER